

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitruvii ... De architectura libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

"Qvi amplioribvs"

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-128539)

qui supplicat & sacrificat, disparibus altitudinibus ad sui cuiusq; dei decorem componantur. Altitudines autem earum sic sunt explicandæ, ut Ioui omnibusq; cœlestibus quàm excelsissimæ constituantur, Vestæ, Terræ, Mariq; humiles collocentur: ita idoneæ his institutionibus explicabuntur in medijs ædibus ararum deformationes. Explicatis ædium sacrarum compositionibus in hoc libro, in sequenti de communium operum reddemus distributionibus explicationes.

M. VITRUVII
DE ARCHITECTVRA,
LIBER QVINTVS.



VI AMPLIORIBVS VOLVMINIBVS Imperator, ingenij cogitationes præceptaq; explicauerit, maximas & ægregias a diecerunt suis scriptis autoritates, quod etiã uel in nostris quoq; studijs res pateretur, ut amplificationibus autoritas & in his præceptis augetur, sed id nõ est quemadmodũ putatur, expeditũ. Non enim de architectura sic scribitur, ut historie aut poemata. Historie per se tenent lectores, habent enim nouarum rerum uarias expectationes: poematum uero, carminum metra & pedes, ac uerborum elegans dispositio, & sententiarum inter personas, & uersuum distincta pronuntiatio, prolectando sensus legentium perducit sine offensa ad summam scriptorum terminationem. Id autem in architecturæ conscriptionibus non potest fieri, quòd uocabula ex artis propria necessitate concepta, inconsueto sermone obijciunt sensibus obscuritatem. Cum ea ergo per se non sint aperta, nec pateant eorum in consuetudine nomina, tam etiam præceptorum latæ uagantes scripturæ si nõ contrahantur, et paucis, & per lucidis sententijs explicentur, frequentia multitudineq; sermonis impediente, incertas legentium efficient cogitationes. Itaq; occultas nominatio nes commensusq; è membris operum pronuncians, ut memoriæ tradantur, breuiter exponam. Sic enim expeditius ea recipere poterunt mentes.

Nonni

DE ARCHITEC. LIB. V. 115

Non minus cum animaduertissem distentam occupastionibus ciuitatem publicis & priuatis negocijs, paucis iudicau scribendum, uti angusto spatio uacuitatis ea legentes breuiter percipere possent. Etiamq; Pythagoræ, hisq; qui eius hæresim fuerūt secuti, placuit cubicis rationibus præcepta in uoluminibus scribere, constitueruntque cubum. cccxvi. uersuum, eosq; non plus quàm tres in una conscriptione oportere esse putauerunt.

Cubus autem est corpus ex sex lateribus æquali latitudine planitie- rum quadratum. Is cum est iactus, quam in par: em incubuit, dum est inta- tus, immotam habet stabilitatem: uti sunt etiam tesserae, quas in aluco lu- dentes iaciunt. Hanc autem similitudinem ex eo sumpsisse uidentur, quòd is numerus uersuum, uti cubus, in quemcunq; sensum infederit, immotam efficiat ibi memoriæ stabilitatem. Græci quoq; poetæ comici interponen- tes è choro canticum, diuiserunt spatia fabularum, ita partes cubica ratio- ne facientes, interapedinibus leuant actorum pronunciationes. Cum cr- go hæc naturali modo sint à maioribus obseruata, animoq; aduertam in- usitatas & obscuras multis res esse mihi scribendas, quo facilius ad sen- sus legentium peruenire possint, breuibus uoluminibus iudicau scribere. Ita enim expedita erunt ad intelligendum, eorumq; ordinationes institui, uti non sint querentibus separatim colligenda, sed è corpore uno, & in singulis uoluminibus generum haberent explicationes. Itaq; Cæsar tertio & quarto uolumine ædium sacrarum rationes exposui. Hoc libro publi- corum locorum expediam dispositiones, primumque forum uti oporteat constitui, dicam, quòd in eo & publicarum, & priuatarum rerum ratio- nes per magistratus gubernantur.


TRIVM CVBORVM IN VNA CON-
scriptione contentorum figura.

P DE

cuiusq; dei
licandæ, ut
estæ, Ter-
explicabun
sacrarum
um redde-

II

INIBVS
q; explicat
uis scriptis
studij res
& in his
peditū. Non
distoriæ per
fectationes:
egans dispo-
pronuncia-
mmam scri-
tionibus non
cepta, incon-
pro per se non
etiam præ-
aucis, & per
onis impedi-
nominatio-
orie tradan-
rūt mentes.
Nonni a



DE FORO. CAPVT I.

GRAECI in quadrato amplissimis & duplicibus porticibus, fori
constituunt, crebrisq; columnis & lapideis, aut marmoreis epistylis
adornant, & supra ambulationes in contignationibus faciunt. Italiae
uero urbibus non eadem est ratio faciendū, ideo quod à maioribus con-
suetudo tradita est gladiatoria munera in foro dari. Igitur circum specta-
cula spatiosiora intercolumnia distribuuntur, circaq; in porticibus argen-
tarie tabernae, mœnianaq; superioribus coaxationibus collocentur, quae
& ad usum, & ad uectigalia publica recte erunt disposita. Magnitudines
autem ad copiam hominum oportet fieri, ne paruum spatium sit ad usum,
aut ne propter inopiam populi uastum forum uideatur.

Latitudo